

PROLOGVS AEGIL
ABBATIS DE VITA STVRMI
PRIMI ABBATIS ET FVNDAT-
TORIS FVLDENSI

COENOBII.

ASfiduè & amore diuino accensam , &
sancto indefinenter studio repletam , O
Virgo Angildruth , semper agnoui. Id-
circo petitionibus tuis parui. Poscebas
enim , vt initia & vitam sancti ac venerabilis Abba-
tis Sturmi tibi exponerem ; ac primordia monasterij
sancti Saluatoris , quod ab eo fundatum atque con-
stitutum est ; quodque alio nomine appellatur Fulda ;
conscriberem : Causas quoque eiusdem Cœnobij
conijcerem , & sincere narrarem . Feci secundum
paruitatem ingenij mei , quod postulasti ; & quem-
admodum à viris satis fidelibus ; immo vasis Christi ;
illius viri principia & conuersationem ; & fundami-
na prædicti Monasterij agnoui , huic vt potui libello
ingessi : nec non & earum rerum diuersitates , quas
istius sæculi cursus indefinenter patitur , sicut ipso-
rum relatu , vel meo obtutu , expertus sum , similiter
inserui . Nam & ego Ægil in discipulatu illius plus Ægil discipulus S.
Sturmionis
20. annis.
quam XX. annos conuersatus eram , & sub ipsius

T 3 Cœno-

DE SANCTO

Cœnobij disciplina ab infantia, vsque in hanc æta-
tem, nutritus & eruditus sum. Quapropter nonnulla
eorum, quæ scripsi, vidisse me testatus sum. En-
habes, quod poscebas, putatuum, nomini tuo di-
catum, tibique tuendum derelictum. Tu inuidorum
maledictis responde; tu me magis beniuolum,
quam præsumptuosum, defende; tu me apud
Christum verum sponsum tuum, sanctis
orationibus tuis sus-
tenta.



IN